tuæ promovendæ gratiâ non sim libenter facturus. Va-
le plurimum in Domino: Et Ecclesiæ ac Reipublicæ pacem a-
mare ac promovere tuo loco perge. Heidelbergæ 17 Calend.
Septembr. 1817.

D. Friderico Dorvilio
S. Theologiæ Baccalaureo
in Academia Oxoniensi
Salutem!

Amantissime Dorvilli, literæ tuæ piæ eruditionis et be-
nevolentiæ plenæ me plurimum delectarunt. Tu quidem
senium et senes prædicas: quod prædicas, tibi precor,
sed non onera, non hiemem vitæ. Hoc unum inest
præter rationem boni, ὃ τῶν τὰ ἔζησαι, ut præsens
fastidiatur. Ego gratias ago Deo meo, qui me tam
diu voluit esse aliquo loco in Ecclesiastica. Et doleo
quidem, tam multos egregie doctos viros, antecess-
sores et præceptores meos exitu suo me prævertis-
se; sed non magnum, si illi etiam aliquando portum
felicitatis contigerunt, id quem ego propediem con-
tendo. Magis tamen doleo quod senibus decedentibus,
qui lassi fortius pedem figere solent, paucos passim
succedere video, qui illas tempestates Ecclesiasti-
carum satis fortiter sustinere possint vel velint.
Loquor de nostro statu. Vestra Britannia licet
mari undique cincta, minus forte ab his fluctibus
periclitatur. Te vero ego ex illis fatearum confido
quibus patriæ salute nihil charius. Post obitum D. Coc-
ceii nolens volens, fungor ego officium docentis et
disputanti sustineo, ut auditorium frequens ex Hunga-
ris, Polonis, Helvetiis, Belgis, Gallis sustineatur. Omni-
um morborum immunis Dei gratiâ: nisi quod in-
terdum lentis catarrhis nimium mihi frequentiori-
bus infestor, nunquam tamen gravius, quam Majo mense

præterito, quando multorum famâ Pareus erat mor-
tuus: nunc quod bonum sit, laude Deo bene sat memor
caputq; vigeat. Collegam habeo ætate et eruditione flo-
rentem D. Altingum, quem nosti. Superemq; D. Paulletu
sed aula nos dedit forte, nunc gaudeo: modo det Aca-
demia post me, bene erit. Reverendissimo Domino
Episcopo Bathoniensi et nunc me paucis excusa de
silentio. Literæ quidem ~~multæ~~ nullæ junctæ fuerunt libro
Miscellorum: absit vero ut oblivione neglexerim.
Quin et authoris exquisitâ diligentiâ, præsertim in
quarto libro (nam tres hic excusos perq; lustravi) me
oblectavi sæpius, et Reverendissimi Domini Episcopi
spectatâ benevolentiâ maximè. Irenicum meum sibi bel-
lum novum Germaniæ Jesuitis et Lutheranis intu-
lit, meum præstare non est. Etiam Christus pax nostra
non immisit pacem, sed gladium. Vestratem quendam
doctum et reformatum contravenire voluisse, non
audiveram. Miror autem, in generali ne argu-
mento pacis, an in speciali Eucharistiæ, aliquibus
Prædestinationis? benefactum, quod supra vestro
beneq; vir abstinuit. Quid attinebat omnium cum gla-
diis ignem spirare, quem omnes boni restinctum
cum gemitibus cupiunt? Revocasti mihi in memo-
riam factum Irenici mei, cujus exemplaria aliquot
misi ad amicos, etiam ad Regiam Majestatem, et ad
Reverendiss. D. Archiepiscopum cum literis, boni
publici causâ: quod Deum testor. Verum an illa in
trajectu perierint, an trans mare fores nullas invene-
rint apertas, in hunc diem nescio. Post officii
mei itaq; factum, nunc libenter quiesco. Gratis-
simæ mihi sunt salutes à Clariss. Dominis Pro-
fessoribus D. Rectore et Bienfeldio, quos à me re-
salutes rogo vehementer. Vale ornatissime D. Wrilli, et
pareum senem amare perge. Heidelbergæ 8. Sept. 1617.

illustr.